delatores in termino praesenti bannitionis non comparent quoniam Instigator sine delloribus causam promouere non potest. Caeteris iuris beneficiys in toto salvis sibi reservatis.

Unus vero ex Actoribus videlicet Florianus Swiniarsky deduxit Judicio praesenti non teneri comparere alterum dellatorem in puncto praesenti bannitionis, siquidem unus dellator nomine suo et alterius dellatoris cum Instigatore causam praesentem promouere potest. Alia omnia iuris beneficia sibi pleno in robore ad futura praecustodiendo.

Et Judicium praesens Capitaneale Castren. Lublinen. controuersiys partium, actoris per Nobilem Florianum Swiniarsky unum actorum, citatae vero per Nobilem Christopherum Marczynsky, plenipotentem suum, coram se factis, bene diligenterque exauditis et intellectis, eo attento: Quia unus dellatorum in causa coniuncta in termino praesenti personaliter comparet. Ideo citato decreuit ulterius procedere.

Quam sententiam et decretum praesens pars citata pro iure non suscepit, nec in eo acquiescere voluit, verum ab eo et cum eo ad Magnificum Joannem Firley à Dambrowica Capitaneum Lublinen. ad Judicia Ordinaria Generalia Tribunalis Regni Lublinen. pro tempore celebranda, per Ministerialem Generalem Regni Nobilem Joannem Zalesky mouit seu appellauit. Terminum ipsi sententiae expugnandae, sibi vero et parti motionis et causae suae prosequendae inter causas Pallatus Lublinen. praefigendo.

Quam appellationem Judicium praesens Capitaneale Castren. Lublinen. praefatae parti citatae admisit. Terminum partibus modo permisso inter causas Pallatus Lublinen. conseruando.

Inter Sudorowskie et Sobiesky Appellatio.

Proposuerunt Judicialiter coram Judicio Castren. Lublinen. Generosi Joannes Sudorowsky et Helizabeth de Sawicze Sudorowska, coniuges, actores contra Nobilem Seuerinum Sobiesky citatum, iuxta citationem suam realem tenoris talis: Joannes Firley a Dambrowica Capitaneus Lubblinen. Tibi Nobili Seuerino Sobiesky, uti complici facti infrascripti Nobilis Joannis Sobiesky principalis, de persona bonisque tuis omnibus mandamus vigore Regio, nostroque Capitaneali Castren. Lublinen. ex officio, ut coram nobis seu Judicio nostro Capitaneali Castren. Lublinen. in

Terminis

Terminis Judicialibus Castren Lublinen feria secunda ante festum Natiuitatis Sancti Joannis Baptistæ, nunc instans proxe ventura in Castro Lublinen celebrandis, aut tunc dum et quando Termini huiusmodi ibidem post demonstratum tempus prius et proximius celebrabuntur personaliter peremptorie compareas: Ad instantiam Generosorum Joannis Tudorowsky in Brzostowka tenutarij, et Generosæ Helizabeth de Sawicze Consortis eius, eiusdem Joannis Tudorowsky: Qui præcipue eadem Helizabeth Tudorowska, una cum assistentia prædicti mariti sui, te adcitat aliis przypozywaią, ad translapsum terminum, qui sibi est tecum in Terminis Judicialibus feria secunda post festum Circumcisionis Christi Domini proxe præterita translapsus, et hoc secundo post obtentam poenam contumaciæ, prout in Terminis Judicialibus Castren Lublinen non ita pride præteritis iudicaliter condemnatus, iuxta suam citationem, qua te cittarat et nunc citat, tanquam complicem infrascriptorum Nobilis Joannis Sobiesky fratris tui germani (cum quo salua actio manet) facta secundum mutua cointelligentia et conspiratione adiunctis sibi famulis servitoribus, tempore certo videlicet feria tertia ante festum Natiuitatis Christi proxa, anno transacto, eosdem coniuges ad bona Villæ Brzostowka tenutæ pacificæ residentis illorum superinequitando vi ac violenter in absentia præfati Tudorowsky superequitando et tandem cum summo impetu et velocissimo cursu cum bombardis onustis ingrediendo, iaculatus es, eandemque Generosam Helizabeth Tudorowska postquam ipsummet maritum illius non inuenisti, verberibus et vulneribus non habita ratione sexus muliebris et status illius nimis affecisti, similiter et Nobilem Christinam Pacinska virginem et ancillam gentilem ipsius etiam verberibus affecisti; tandem vice versa eiaculatis bombardis cum globis, denuo, absque globo pixide puluere tantum adimpleto eidem Tudorowska ad pectus iaculatus es, et flammam ex pixide emisisti, dicens verbis inhonestis; Narra pecunias mariti, et ubi est Intercisa! Factaque ipsa iaculatione, et terrore, et violentia et verberibus, et vix semiuiuam Tudorowska relinquendo, expugnationeque servitorum fores cameræ violenter extrusistis, ibidemque cistas quatuor decem dissecastis cuiusdem lucri causa pecca; postquam ante peccas (de quibus satis comperti fuistis) monetæ Triginta floren in cista et scatula fuerunt,

nec

360

nec non et boues saginatos quinq. quemlibet valoris viginti flor. pecca:
lucri causa in vim p[rae]dae et spolij recepisti et illicite ademisti, domum tenu:
tae illoru[m] et pacificae p[ro]tunc residentiae in Brzostowka violenter invasisti, et
obsanguinolasti, p[rae]damq. et spolium commisisti, id in p[rae]iudicium actoru[m] et d[e]ro:
rogationem constitutionu[m] legum securitatis publicae facien. Quo tuo facto
tali in poenas legu[m] contra invasores et depraedatores alienarum domorum de:
scriptas incurristi et incidisti, ideo ad easd[em] poenas legu[m] super te per Iu:
dicium n[ost]rum decernen. citans, eris igitur tibi in termino copiosius declara:
da iud[iciali]t[e]r attentaturus, et ad ea responsurus. Datum in Castro Lublinen.
feria tertia post festum Sacratissimi Corporis Christi p[ro]x[im]a. Anno Do:
mini Millesimo Sexcentesimo Vndecimo.

Et facta p[ro]p[ositi]one deductoq. termino et contentis citt[ati]o[n]is verificatis, petijt cittum
ad responden[dum] compelli, Reservat[is] reservan[dis].

Licet aut[em] pars citta hoc in loco controversias suas fecerit, tamen eas intra
triduum ut iuris est ad acticandum non porrexit. De cuius negligentia sua
aut[em] in suscipien. controuersijs diligen. Gnosus Albertus Sierakow:
sky, Notarius Castren. Lublinen. est protestus.

Actor vero dixit, bonam e[ss]e positionem cittationis, eo quod iux[t]a praeceptum iuris
c[omm]unis et processus contra impossessionatos obseruat[ur], citto illa in p[ro]pria parochia ubi citti
permanebant, vid[elice]t circa Ecclam in Oppido Ostrow posita est, p[rae]sertim quod cita:
tus absens, nec certum domicilium inhabitat, petens, ut l[e]g[i]tima et iuri consona
positione adinuenta, cittum ad responsionem compellat, Reservat[is] reservan.

6 Et Judicium pr[aese]ns Cap[itanea]le Castren. Lublinen. controuersijs partium, actor per se [?]rium
no[min]e suo et uxoris suae, citatae vero per Nobilem Stanislaum Rybczowsky
plenip[oten]tem suum, coram se factis bene diligenterq. exauditis et intellectis eo attento:
Quia cittatio est posita circa templum in parochia in qua citti antea manebant;
Ideo ordinatam positionem citt[ati]o[n]is e[ss]e adinuenit, et citto ulterius p[ro]cedere decreuit.
Quam sententiam et decretum pr[aese]ns pars citta pro iure non suscepit, nec in eod[em]
acquiescere voluit, verum ab eo et cum eod[em] Magnificum Joannem Firley
a Dombrowica Cap[ita]neum Lublinen. ad Iudicia Ordinaria Gnalia Tribu[na]lis Regni
Lublinen. p[ro] t[un]c celebran. per Ministerialem Gnalem Regni Nobilem Joannem Zale:
sky movit seu appellauit Terminum ipsi sententiae expurgan. sibi vero et parti
motionis et causae suae p[ro]sequen. inter causas Pallatus Lublinen. p[rae]figendo.

Quam

Quam appellationem Judicium pr̃ns Castren Lublinen̄ parti citatæ admisit; Terminum partibus modo pr̃misso inter causas Pallatus Lublinen conseruando.

Inter eosdem & alterū Sobiesky vers. Appellatio.

Proposuerunt Judicialr̃ corā pr̃nti Capitaneali Castren Lublinen Judicio infra: scripti Actores, contra infranotatum citatum, citatione tenoris talis:

Joannes Firley à Dambrowicza Capitaneus Lublinen̄ &c. Tibi Nobili Joanni Sobiesky, olim Fœlicis filio de persona bonisq tuis omnibus vigore regio, nr̃oq Capitaneali Castren Lublinen ex officio, mandamus, vt coram nobis seu Judicio nr̃o Capli Castren Lublinen in Terminis Judicialibus feria secunda ante festum Natiuitatis Sancti Joannis Baptistæ pr̃ventura in Castro Lublinen celebrandis, vel quando ibidem celebrabuntur. Ad instantiam Gnosorum Joannis Tudorowsky in Brzostowka tenutarij, et Gnosæ Helizabeth de Sawicze Consortis eius, Joannis Tudorowsky, pnts et perempte compas Qui pcipue eandem Gnosam Helizabeth Tudorowska, unà cum assisten pdicti mariti sui te tanq principalem infrascriptorum adcitat als przypozywaią ad transla: psum terminum, qui sibi est tecum in Terminis Judicialibus feria secunda post festum Circumcisionis Christi Domini pxe preteta translapsus, et hoc secundo post obtentā poenam contumaciæ, put te in Terminis Judicialibus Castren Lublinen non ita pridem prætitis iudlr condnarunt, iux suam citationem qua citatus fuisti, pro eo. Quia tu exns principalis cum complicibus tuis vert Nobilibus Seuerino Jacobo et Stanislao Sobieskie fratribus tuis germanis, cum quibus salua actio manent facta secum mutua coîntelligentia et conspiratione adiunctis sibi famulis seruitoribus tempore certo vdt feria tertiā ante festum Natiuitatis Christi pxā, anno transacto eosdem coniuges actores, ad bona Villæ Brzostowka tenutæ, paccæ residen illorum supinequitando ui ac violentr in absentiā pfati Tudorowsky super: inequitasti et tanq cum summo impetu et velocissimo cursu cum bombardis onustis ingrediendo, iaculatus es, eandem Gnosam Helizabeth

Tudorowska